

Tempore

tro aque &c. Mundat autē deus aīaz non solum lauacro baptis-
mi sed etiam secundi scz lacrimarum. Ysidorus. Lacrime penitē-
tis apud deum pro baptisate reputantur sed quid prodest homi-
ni si balnaerur. & statim sordidis vestibz induatur. sic quid prodest
anime si etiam mundetur & statim viciolam consuetudinem rela-
batur. ppter hoc precipitur. Exodi. 19. Vade ad pplm & sanctifica
eos hodie & cras lauentqz vestimenta sua id est mores suos. Eccia-
stes. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. stultus esset
qui etiam in ipso balneo sordidas vestes non deponeret. sic est q
pcta sua plangit & non relinquit. Gregorius. Qui fletibz suis vi-
te mundiciam subtrahit ante dei oculos sordidas etiam ipsas la-
crimas facit. Secundo voluntas dei est vt in bono exercitemur. 1.
Petri. 2. Sic est volūtas dei vt bene facientes obmutescere faciāt
&c. si ergo bene faciatis voluntatem dei impletis. ymo ex deo nati
estis. Vnde. 1. Joh. 3. Omnis qui in deo manet non peccat. & ois
qui peccat non videt eum. ymo nec videbit eternum. De9 em̄
bene facit beneficientibus. Ps. Benefac dñe bonis & rectis corde.
Sed attende quid ait petrus obmutescere faciatis. Magna virt9
bonorum sanctorum qui nos ipsos apud deum crescere & obmutē-
scere aduersarios et amicos non erubescere faciunt. Augustinus.
Qui nos amant querunt quod laudent in nobis. qui autē oderūt
detrahunt nobis. nos autē in vtroqz iudicio constituti vitam no-
stram sic custodire debemus & faciāz vt erubescant de detractoribz
laudatores. Sed certe qui modo detractionibus & contentionibus
& conspirationibus & aliis pueris locutionibus nolunt in mūdo
obmutescere. obmutescunt in iudicio. Mat. 22. At ille obmutuit.
Tercio voluntas dei est vt in vtroqz confirmemur. scilicet vt a
peccato sanctificemur. et in bono exercitemur. Johannis. 6.
Hec est voluntas eius qui misit me patris. vt omne quod dedit
mihi pater non perdam ex eo. sola perseverantia facit vt non per-
damur. Vnde Mat. 10. & 24. Qui autē perseverauerit vsqz in finē
hic saluus erit. Bernardus. absqz perseverantia nec qui pugnat
victoriam nec palmam victorē consequetur. Illi autem perducunt
qui non perseverando a deo separant. Ps. Perdidisti omnes qui
fornicantur abs te. mihi autem adherere deo bonum est fornicantē
qui derelicto deo vero sponso in mundo luxuriantur. Si ergo non
vis perdi adherere deo voluntatem eius semp & perseveranter im-
plendo. 1. ad Thesal. 5. Semp qd bonum est sed amimi in inuicem
& in oēs semp gaudete sine intermissione orate. hec est em̄ volūtas
dei in omnibz nobis in christo ihesu. Ysido. Tunc deo placz nra